

www.e-rara.ch

**Testamenti Veteris Biblia sacra, sive, Libri Canonici priscae Judaeorum
Ecclesiae a Deo traditi, latini recens ex hebraeo facti, brevibusque scholiis
illustrati ab Immanuelle Tremellio et Francisco ...**

**Bible (latin)
Tremellius, Emmanuel
Du Jon, François
Bèze, Théodore de
[Genève], 1596**

Bibliothèque de Genève

Shelf Mark: Bb 795

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-2495>

Epistola ad Philemonem

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



EPISTOLA AD PHILE-
MONE M.

35

¹ Paulus argumentum humile hic tractans, suo tamen more sublimis ad Deum evehitur.
⁸ Fugitivum servum & furem Philemoni remittens, pro illo deprecatur veniam: & graviter de aequitate Christiana concionatur.

BEZAE INTERPRET.

TREM. INTERPRET.

PAULUS vincetus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adjutori nostro,
2 Et Apphia dilectæ, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiam quæ domi tuæ est:

3 Gratia sit vobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

4 * Gratias ago Deo meo, semper mentionem tui faciens in precibus meis,

5 Quod audiam tuam charitatem, ac fidem quam habes erga Dominum Iesum & erga omnes sanctos:

6 Ut ^a communicatio fidei tuæ efficax fiat, ^b agnitione omnis ejus boni quod est in vobis per Christum Iesum.

7 Gaudium enim habemus multum, & consolationem super charitate tua, ^c quod viscera sanctorum refocillata sint per te, frater.

8 Quapropter quamvis multam in Christo libertatem habeam præcipiendi tibi quod convenit:

9 ^d Tamen propter charitatem potius precor, quum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam vincetus Iesu Christi.

10 * Precor autem pro filio meo quem genui in vinculis meis, Onesimo:

11 Quondam tibi inutili, nunc verò tibi & mihi perutili.

12 Quem remisisti: tu autem eum, id est ^e viscera mea excipe.

13 Quem ego cupiebam apud me retinere, ut pro te ministraret mihi in vinculis Evangelii:

14 Sed absque tua sententia nihil volui facere, ^f ut non velut ex necessitate sit beneficium tuum, sed sponte collatum.

15 Utique enim propterea ^g separatus fuit *abs te* ^h ad tempus, ut eum *a me* perpetuum recipias:

16 Non jam ut servum, sed amplius quam servum, fratrem videlicet dilectum, maxime mihi, quanto autem magis tibi & ⁱ in carne & in Domino?

17 Itaque si me socium habes, excipe eum tamquam me.

18 Quod si qua te injuria affecit, aut debitor tibi est, hoc mihi imputato.

18 Quod si quid detrimenti intulit tibi, aut debet, hoc mihi imputato.

PAULUS vincetus Iesu Christi, & Timotheus frater, Philemoni dilecto cooperatori nostro,
2 Et Apphia dilectæ nostræ, & Archippo cooperatori nostro, & Ecclesiam quæ est domi tuæ,

3 Gratia vobiscum & pax a Deo Patre nostro, & a Domino nostro Iesu Christo.

4 Gratias ago Deo meo omni tempore, & memor sum tui in precibus meis,

5 ¹ Inde ex quo audivi fidem tuam & charitatem quæ est tibi erga Dominum nostrum Iesum & erga omnes sanctos:

6 Ut sit communicatio fidei tuæ reddens fructus in operibus, & in cognitione omnium bonorum quæ sunt vobis in Iesu Christo.

7 Gaudium enim magnum est nobis & consolatio, quod ² per charitatem tuam refocillata sunt viscera sanctorum.

8 Propter hoc fiducia multa est mihi in Christo, ut præcipiam ea tibi quæ sunt iusta.

9 Propter charitatem autem ³ petendo peto abs te ego Paulus qui sum senex, sicuti nosti, nunc autem etiam vincetus Iesu Christi,

10 Peto *inquam* abs te, pro filio meo quem in vinculis genui, Onesimo:

11 In quo ⁴ quondam tibi non erat utilitas, nunc autem & tibi & mihi valde est utilis: & misi eum ad te.

12 Tu autem tamquam filium meum ita excipe eum.

13 Volebam enim apud me retinere eum, ut esset ministrans mihi pro te in vinculis Evangelii:

14 Absque consilio autem tuo nolui quicquam facere, ne tamquam per coactionem esset beneficium tuum, sed per voluntatem tuam.

15 Jam autem etiam propter hoc secessit ad tempus, ut in perpetuum eum retineas.

16 Non posthac tamquam servum, sed excellentiorem servo, fratrem videlicet dilectum meum: quanto magis ⁵ tibi, & in carne & in Domino nostro?

17 Si igitur es mihi confors, recipe eum tamquam meum.

18 Quod si quid detrimenti intulit tibi, aut debet, hoc mihi imputato.

19 Ego

* 1. Thess. 1. 2.
2. Thess. 1. 4.
Ephes. 1. 17.
Coloss. 1. 4.
Communicacionem fidei vocat officia benignitatis in sanctos, permanencia ex fide efficaci.
Ut hac ratione omnes experiantur, quã divites suis in Christo, nepe fide, charitate, & omni beneficentia.
Quod ita officiosè & prout refocillaris sanctos, ut incredibili quadam voluptate sint intus perfusi. viscerum enim nomine, non solum incimas necessitates, sed & consolationem ad ipsa usque penetrantia descendentem declarat, quasi cor ipsum sit refectum ac recreatum.
Christiane pro alio excusationis & commendationis exemplum.
Coloss. 1. 9.
Ut filium meum quem genui.
Ut non coactus, sed sponte hanc servi tui operã nobis commodaris.
Emollit fugam nomen.
Ad temporis momentum.
Quia mancipium tuum est, ceterorum servorum more, & quia Domini servus est, ut illum & tuo & Domini nomine tibi charum esse oporteat.

¹ Ad verb. Ecce.

² Ad verb. Per manum charitatis tuæ. Hebraismus.

³ Magnopere peto.

⁴ Ad verb. In aliquo tempore.

⁵ f. supple dilectum: sic versu sequente, tamquam confortem meum. Sic enim Syra verba postulant.

19 Ego Paulus scripsi manibus meis, ego rependam: ut non dicam tibi quod etiam te ipsum mihi debeas.

20 Etiam frater mi, ego refocillabor per te in Domino nostro: refocilla viscera mea in Christo.

21 Quia confido quod auscultaturus sis mihi, scripsi tibi: & scio quod plus quam dico tibi, facturus sis.

22 Simul autem etiam mihi prapara divorsorium: spero enim quod per preces vestras donabor vobis.

23 Salutat te Epaphras cōcaptivus meus in Ieschu Christo:

24 Et Marcus, & Aristarchus, & Demas, & Lucas adjutores mihi.

25 Gratia Domini nostri Ieschu Christi cū spiritu vestro, fratres mei. Amen.

Finitur epistola ad Philemonem, quę scripta fuit è Roma.

19 Ego Paulus scripsi mea manu, ego dependam: ut ne dicam tibi quod te ipsum etiam mihi insuper debeas.

20 Etiam, frater, hunc ego fructū abs te consequar in Domino: refocilla mea viscera in Domino.

21 Scripsi tibi, confisus fore ut tu me audias, ut qui norim te supra id etiam quod dico facturum esse.

22 Simul autem etiam para mihi hospitium: spero enim me per preces vestras donatum iri vobis.

23 Salutant te, Epaphras, (meus in captivitate propter Christum Iesum socius)

24 Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adjutores mei.

25 Gratia Domini nostri Iesu Christi sic cum spiritu vestro. Amen.

Ad Philemonem missa fuit Roma per Onesimum servum.

* Certe frater, sine ut hoc beneficium a te consequar.

* s. al. addunt, & missa fuit per manus Onesimi.



EPISTOLA AD HEBRÆOS.



Scopus & summa hujus epistolę est, Iesum Christum Filium Dei, Deum simul & hominē, esse verum illum æternum & unicum Prophetam, regem ac pontificem, figuris Legis adumbratum, & nunc reipsa exhibitum: a quo doceri, regi, ac sanctificari totam Ecclesiam oporteat.

CAPUT PRIMUM.

Ut ostendat doctrinam a Christo allatam primas tenere, quia sit omnium Prophetarum clausula: 4 nominatim illum supra Angelos effert: 10 & variis Scripturę testimoniis, longē omnibus præcellere probat.

TREM. INTERPRET.

BEZÆ INTERPRET.

* Ad verb. Omnibus partibus & omnibus formis. Ex altero autem membro comparationis satis intelligitur quid sibi velit Paraphrastes: nempe variis ac diversis, penęque innumeris modis ab initio loquutum fuisse Deum cum Patribus, novissimē autem per Filium, ut nulla aut certior aut clarior obfignatio, aut perfectior amplius requiri aut optari possit. Porro scit omnes qui Hebręa attingerunt, particulā universalem non semper præcisē sumi, ut Genes. 16. 12. & 41 vers. ultimo, & Exod. 8. 15. & 1. Cor. 6. 12. &c. Pro At adversativa. Hebraismus tritus. Id est, constituit. * אפדו Syrīs declarat propriē splendorem exorientis solis Videat autem a Paraphraste exquisitum, ut innuat hunc Filium qui splendor dicitur, simul cum Deo fuisse, & cōæternum esse cum Patre. In summa, æternam æterni Filii generationem hac metaphora voluit illustrare. s. vel potius subsistentiæ, impertinet, personę ejusnam essentiam Syrī appellant אפדו. Ad verbum, Hoc toto potior factus est Angelis, secundum quod, &c.

MULTIFARIAM & omnibus formis loquutus est Deus cū Patribus per Prophetas ab initio, & hisce diebus ultimis loquutus est nobiscum per Filium suū,

2 Quem posuit heredem omnium, & per eum fecit secula.

3 Qui Filius est splendor glorię ejus, & imago essentię ejus: & sustinet omnia virtute verbi sui, ipseque per seipsum fecit purgationem peccatorum, & sedet ad dexteram majestatis in excelsis.

4 Et tanto potior factus est Angelis, quanto excellentius est nomen quod hereditariō obtinuit, quā illorum.

5 Cui enim ex Angelis unquam dixit Deus, Filius meus es tu, ego hodie genui

MULTIS vicibus multisque modis olim Deus loquutus Patribus in Prophetiis, ultimis diebus hisce loquutus est nobis in Filio,

2 Quem constituit heredem omnium, per quem etiam mundum condidit.

3 Qui quum sit effulgentia glorię, & character personę illius, sustineatque omnia verbo illo suo potente, purificatione peccatorum nostrorū per seipsum facta, sedet ad dextram majestatis illius in locis excelsissimis.

4 Tanto præstantior factus Angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen.

5 Nam cui dixit unquam Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui

* s. Generalis propositionis hujus epistolę pars prima, Filium Dei cum demum esse Prophetā, sive Doctorem qui quod Deus per Prophetas aliquatenus & postis umbris significat re ipsa præstitit, & Patris voluntatem mundo plenē patefecit. Ergo nec plena fuit superior illa per Prophetas declaratio, nec ad hęc postremam quicquā adjiendum. Qui Deus & homo est unus Filius. Altera pars ejusdem propositionis, Eundem Filium esse nostrum Regem ac Dominum a Patre designatum, per quem etiā omnia condidit, & in quo uno gloriam suam atque ad seipsum cōtemplandum proponat, quicquid omnia suo nutu sustineat. Possessorem & ex quo consortem omnium cum Patre. Ad verbū, secula, id est, quicquid unquam existit, existat, aut existabit. Col. 1. 9. Sap. 7. 26. Is in quo respicitur gloria illa ac majestas Patris, alioquin insueti & inconspicui. h. Patris. Sustinet, iucatur, & alac. s. Tercia pars ejusdem propositionis, Eundem Filium sacerdotis partibus seipso oblato defunctum, esse unicum & potentissimum nostrum in cælis mediatorē. Hoc indicat non modō gratissimum Patris, sed etiā s. Antequam ad officii explicationem accedat, personę dignitatē ac præstantiā. Sequentibus autem sex expressis testimoniis argumentū divinitatis Christi in carne manifestatē confirmatur, ex quibus liquet eum supra omnes Angelos eminere, & ita quidē ut filius & Deus appellatur. * Psalms. 2. 7. Anff. 1. 1. Filius a Patre ab æterno genitus est, sed æterna illa generatio, suo tempore mundo representata fuit, idē addidit hodie.